

fiduciam iuris sui nec super eo quomodolibet dubitarent, muniti validis documentis²⁾ tamen facti vexationem redimere cupientes, ne quies eorum | monastica turbaretur, si se litibus et secularibus negociis immiscere plus solito cogerentur, Petro, Vlrico et Ottoni, Vlrico, Heinrico et Vlrico eorum filiis prenotatis, quia plures non erant, solverunt LXX^aV marcas argenti sicque favorem eorum integrum sunt adepti amicitie mutue | cum affectu. Nobis quoque Cholme presidentibus provinciali placito iuxta morem iudicio secundum consuetudinem terre instaurato abbas | pro se et conventu et milites cum eorum filiis memorati apparuerunt in iudicio coram nobis recognoscentes ibidem, quod super omnibus controver|siis, que inter eos de facto sive de iure ullo umquam tempore mote fuerant, concordassent amicabiliter, fideliter et sincere, versuciis, dolis | et fraudibus omnibus profugatis. Insuper milites predicti necnon filii eorum spontanee fide corporaliter prestita promiserunt nostre gracie sub optentu, | quod abbatem et conventum non solum in antea non molestent, verum etiam super preteritis vexationibus obsequiosos et ad eorum quevis beneplacita paratos | et benivolos eis se debeant toto vite sue tempore humiliter exhibere. Ut igitur concordia premissa coram nobis sollempniter celebrata | a cuiuslibet malignitatis calumpnia inconvulsa in evum permaneat, ad instanciam parcium ad perpetuitatem ipsius paginam presentem | desuper conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Et nomina quorundam^{a)}, qui tunc³⁾, cum premissa gererentur, astabant in figura | iudicii coram nobis, fecimus subnotari: Conradus Misnensis episcopus, Heinricus maior prepositus, Sifridus decanus, Vlricus prepositus | in Budesin, Cristophorus notarius noster, Godescalcus canonicus Misnensis, Heinricus abbas in Buch, Meinherus prefectus Misnensis, | Albero prefectus in Licenik, Albertus prefectus in Dewin, Otto prefectus in Donin, Bodo et Otto fratres de Ilburg, Vlricus de | Maltitz, Iohannes de Blankenstein et plures alii. Actum anno gracie M^oCC^oLIII^o, idus ianuarii, indictionis XII^e.

(SP.)

90.

Papst Innozenz IV. teilt den Geistlichen im Land des Markgrafen (Heinrich) von Meißen mit, dass der Markgraf zum Lob der Jungfrau Maria neue Gesänge über das „Kyrie eleison“ und das „Gloria in excelsis deo“ für die Kleriker seiner Kapelle komponiert hat, die er sich habe vorsingen lassen und als gottgefällig und den Menschen angenehm empfunden habe, weshalb er den Geistlichen gestattet, die markgräflichen Kompositionen bei Marienmessen zu verwenden.

89. a) sic A.

2) Vgl. Graber, UB Altzelle I, S. 26–29, Nr. 15–16; S. 109 f., Nr. 72; S. 116–121, Nr. 77–79; S. 141 f., Nr. 93; S. 202–204, Nr. 132 = Graber, Papsturkunden Dresden I/1, S. 117–119, Nr. 68.

3) Der Landgerichtstag fand demnach schon einige Zeit vor Ausfertigung der Urkunde statt.